



Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

LXXIX. Vidua pauper. Marc. 12. Luc. 21.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

LXXIX.

Vidua pauper. Marc. 12. Luc. 21.

1. **E**T sedens IESVS contra Gazophylacium ¹ aspiciebat ² quomodo ³ turba iactaret ⁴ es in Gazophylacium, & multi diuites ⁵ iactabant multa. Cum venisset autem vidua una pauper, misit duo ⁶ minuta, quod est quadans. & conuocans discipulos suos, ait illis: Amen dico vobis quoniam vidua hac pauper plus ⁷ omnibus misit; omnes enim ex eo quod ⁸ abundabat illis miserunt, hac verò de penuria ¹⁰ sua, omnia qua habuit misit, ¹² totum victum suum. Chrysof. "Dominus non quanta Chrysof. dentur consuevit attendere, sed volun- ho. 42. in tatis largitatem. Ab hac, quæ parua sunt, Gen. magna redduntur, & magna sæpè vilia efficiuntur.) & Ambrosius, "Vberior est Ambr. l. de nummus à paruo, quam thesaurus à viduis. maximo, quia non quantum detur, sed quantum resideat expenditur; Nemo plus tribuit, quàm qui sibi nihil relinquit)

2. Et egressus de templo ibat; & accesserunt discipuli eius ut ostenderent ei a disti-

602 DOCTRINA ET MIRACULA

cationes templi; & ait illi unus, Magister, aspice quales lapides & quales structura! Ipse autem respondens dixit illis, Videtis haec omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruat. Theophyl. Abducit eos ne adhæreant terrenis, & ad supernam Hierusalem transmittit.) & Chrysost. "Ædificium quidem stabat quod erexerunt homines, sanctitas verò quam constituerat Deus, & c.)" O supernæ ciuitatis mansio beatissima! & c.)

Theophyl.
Chrys. ho.
47. in Matt.
Th. K. 1.3.
c. 48.

LXXX.

*De signis Aduentus, & c. Pars I.
Matth. 24. Marc. 13. Luc. 21.*

*In communi¹.
Mariyrum.*

*S*Edente autem illo super montem Oliueti accesserunt ad eum discipuli² secretò dicentes, Dic nobis quando² hæc erunt, & quod³ signum Aduentus tui, & consummationis sæculi. Et respondens IESVS dixit eis, ¹Videte ne quis vos seducat: ²Multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus, & ³multos seducent; Audituri enim estis prælia, & opiniones prælio-